



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Q[uo]d & si nigroma[n]tici & malefici aliqua[n]do vera dica[n]t s[a]epi[us]  
tame[n] fallu[n]t, me[n]tiu[n]tur, quare ad illos non est concurrendu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

fuluerit : nec sperauerat in domino : propter quòd interfecit eum & transtulit regnum eius ad Dauid. Sed magister Iohannes nider precepto .i. c. x. mouens questionem an licitum sit talia maleficia tollere : qui respòdet sub distinctione còformiter ad doctores quòd aut tolli possunt sine superstitiosis modis vt per licitū exorcismū : aut per orationem vel per intercessionem sanctorū : vel per sacramentalem malefici confessionem : vel per precisam ostensionem seu indicationem alicuius qui scit vbi est imago : vel per solū motū localem vel modo congruo. similiter & sic est licitū, aut non potest tolli nisi per superstitiosum modum vel per noua maleficiorū opera : & sic est illicitū per auctoritatem Apostoli supradictam : non sunt facienda mala &c. Hęc ille.

Qđ & si nigromāntici & malefici aliquādo vera dicāt sepi⁹ tamē fallūt, metiūtur, quare ad illos non est concurrēdū.

**Q**uare autem ad predictos nigro-  
 maticos sacrilegos & diuinos nul-  
 lus debet concurrere vltra hec  
 quod peccant mortaliter & participes  
 efficiuntur culpe & damnationis ipsorum.  
 Ratio est: quia ipsi & si Deo permitten-  
 te aliquando vera dicunt: eorum tamen te-  
 stimonio non est utendum: quia sepius fal-  
 lunt & mentiuntur. Patet quoniam in spi-  
 ritu veritatis falsitas non est: in spiritu  
 autem mendacii plurimę quandoq; sunt  
 veritates vt vnica latente falsitate decipi-  
 at; vt dicit Gerson de probatione spiri-  
 tuu. hac ratione (inquit) prohibuerunt a  
 testimonio veritatis quam fatebantur;  
 & Christus demoniacos; & Paulus phi-  
 tonisam. Actuu. xviii. Et alibi theologi-  
 zat aliquando demon (ait thimacus vt  
 patet in Euangeliiis) etiam coram Iesu  
 que temptare presumpsit & dicere scriptu  
 est. Angelis Deus mandauit de te. Et  
 nihilominus prohibuit eum Christus vt di-  
 • ctu est ne testimoniū quamtūlibet in su-

perficie verū acciperetur à demoniacis  
 vel phitōnibus vel magicis maledictis.  
 Nam quę communicatio lucis ad tenebras  
 & Christi ad belial vt dicitur. ii. ad The.  
 vi. Ratio prima; quia isti phitōnes & ni-  
 gromantici sunt excommunicati. Secūda;  
 quia nullū verū bono fine dicūt. Tertia;  
 quia continuo aut tandem falsitatem in-  
 gerēt & simile prēmiserint veritati.  
 Non est enim doctrina fallens quę vera  
 non misceat; tecūdū Bedam. Scien-  
 dū tamen est quod aliud est inuocare de-  
 monem ad aliquid sciendū vel agendum  
 ab eo (quod nūquam licet) Aliud est ab  
 ipso non inuocato occurrente aliquid  
 inquirere propter vtilitatem aliorū; &  
 maxime quando virtute diuina potest co-  
 gi ad dicendū aliqua vera sicut aliquan-  
 do fecerunt plures sancti.

Quod actus ille submersionis ima-  
 ginum & reliquiarum est sacrilegiū  
 & quid sit sacrilegium.